

A 231
3

00. J.

Hist.

III

C. 2.

RECTORI AC DEI MAGNIFICENTISSIMO,
SUBREVERENDISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINIO FRIEDRICO,
LITAE ET PRAESIDENTIALI ACADEMIAE
SACRAE THEOLOGICAE, MEDICINAE,
IURIS UTRIUSQUE, PHILOSOPHIAE
ET MATHESIMATIS, SIVE
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS,
PRINCIPIS AC DOMINI MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO

ILLUSTRISSIMO VIKTORI CAROLO
CAROLO LEONARDI
DE
NE INVALTO VIRI ORATIONE
DE
SACRAE THEOLOGICAE, MEDICINAE
IURIS UTRIUSQUE, PHILOSOPHIAE
ET MATHESIMATIS, SIVE
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS,
PRINCIPIS AC DOMINI MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO

DE
S P E C I A L I O
RECTORI AC DEI MAGNIFICENTISSIMO,
SACRAE THEOLOGICAE, MEDICINAE,
IURIS UTRIUSQUE, PHILOSOPHIAE
ET MATHESIMATIS, SIVE
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS,
PRINCIPIS AC DOMINI MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO
DE
SACRAE THEOLOGICAE, MEDICINAE,
IURIS UTRIUSQUE, PHILOSOPHIAE
ET MATHESIMATIS, SIVE
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS,
PRINCIPIS AC DOMINI MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO
DE
SACRAE THEOLOGICAE, MEDICINAE,
IURIS UTRIUSQUE, PHILOSOPHIAE
ET MATHESIMATIS, SIVE
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS,
PRINCIPIS AC DOMINI MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO



* * *

AUCTOR LECTURIS SALUTEM!

D

 He, *Legis vestiarie*: לֹא יִהְיֶה כָּלִי גִבֹּר עַל אִשָּׁה וְלֹא יִלְבַּשׁ גִּבֹּר שְׂמֵלֹת אִשָּׁה. (*Deuteronom. XXII. 5.*)
 cum sensu inveniendo genuino, tum et ratione investiganda, diligenter egerunt, præter Viros Doctissimos alios, in *Anglia* IOHANNES SPENCERUS, in *Belgio* vero DAVID MILLIUS. Ille quidem sub rubro: *Lex utriusque Sexus APPARATUM confundi et promiscue usurpari prohibens* (*Lib. III. de Legib. Hebræorum Ritual. et Earum Rationibus*); hic *Dissertat. Selectar. IX.* quæ habet de *Commutatione VESTIUM utriusque Sexus prohibita*. Ad hos quæ hæcce cupidum remittimus Lectorem.

Nostri etenim proprie est instituti, α) Legem modo adlegatam non tam *explicare*, quam vis indirecte vel sic luminæ ad eam reflectantur) potius sed *applicare* illam, in aliorum *Scriptura S. Foederis Utriusque Locorum Illustrationem*; eandemque β) hac quidem vice qua alteram tantum sui partem! לֹא יִלְבַּשׁ גִּבֹּר לֵי. *de non imitando a VIRIS femineo cultu*, præcipientem. Ad institutum porro pertinet nostrum γ) non in solis obhære locis, ubi Applicatio Legis istius habet locum, verum ad alia quoque excurrere liberius, in quibus memoratur, vel memorari creditur aut videtur *Cultus feminei quædam Pars* (etiam si non *qua* talis). Quæ si

nota hæcenus satis, extraque posita dubium non videatur aliunde, operam damus *2*) ut, pro meliori Lectorum informatione, fontibus ex genuinis, notitia ejus sufficiens in arva nostra derivetur. Docet de intentione *Titulus Generalis*, sistens DISSERTATIONES de *Mundo muliebri* (nimirum 1. generatim et per se spectato, tum et 2. qua) eodem *Viris Hebraeis interdicto*, rel.

Harum itaque *Imam*, de *Fucis et Tinctura* inscriptam, excipit jam *Illda* (quam Deo cum et die ad generale argumentum spectantes insequentur plures) eaque de *SPECULI*, in *Foro Iudaico ad muliebrem*, *Viris* sub poena interdictionum *Mundum* itidem relati, *Antiquitate*, *Materia*, *Usu*, *utendique* qua personas diversas, juxta Gentis hujus disciplinam singularem, *lure* diverso, exponens ita, ut varia simul enodentur S. Scripturæ loca *Exodi* nominatim XXVIII. 8. *Iesaj.* II. 22 *Inscriptio Epist. Iacobi*, e' usdemque C. I 23. quippe cui commati illustrando inserviunt præcipue §§i XVII. sqq.

Animus erat inquirere simul in locum *lobi* XXXVII. 18. ubi LUTHERUS: *Ja? du wirst mit ihm die Wolcken ausbreiten, die fest stehen, wie ein gegossner Spiegel, et I ad Cor. XIII. 12. Wir sehen jetzt durch einen Spiegel, in einen dunckeln Wort.* Verum animadvertentes, majus longe hæc sibi poscere spatium, quam cui capiendo essent plagulae Dissertationi præsentî destinatae, Objectum *illa*, una cum *Questione: Sacerdotibus cum Levitis, personis tanquam privilegiatis, an speculo, et scopo quidem cosmetico, in Re olim Iudeoris Publica, uti licuerit impune?* Dissertationis de *Mundo muliebri*, eodemque *Viris interdicto Illiæ esse* volumus.



MULIE-



§. I.



MULIERUM, quando comunt vultum, *Speculum* prima et suprema מראה est et *supellex*. Præstat nimirum propriis, quam alienis videre et fidere oculis; alia vero non suppetit via semet contem-
plandi ipsas, sibi que, placeant ut et aliis, complacendi. In isto itaque propriæ faciei formam *considerant* attentæ, et ad istud, si fuerit visum, reformant etiam, fingunt atque pingunt; *sordes* speciatim *naevosque* forte detectos, abstergunt sollicitè, corrigunt, corrigi nescios fucis palliant saltem atque tegunt; vittas aptant, componunt crines, et quicquid denique ad *capitis faciei que præsertim cultum* facere existimant atque *eontum*, studio peragunt tenaci.

§ II.

Hebræorum speciatim *feminis*, quanti fuerit æstimatum, quantopere que illis olim jam adamatum, colligere licet vel inde,
A 3 quod

quod properantes *profugarum* quamvis instar ex *Aegypto*, *Specula* non tamen neglexerint asportare. Argumento est *Labrum mosaicum* מַרְאֵה אִשָּׁה i. e. *ex speculis* mulierum in deserto conflatum, *Exod. XXXVIII* 8. Ex quo loco condiscimus sic simul altam *speculorum* originem atque *Antiquitatem*, quam determinasse, qua pote, Interpretibus Scriptorum sive sacrorum sive profanorum, soepe interest multum, uti v. g. in probanda *authenticia Epistolæ Jacobi*, qua de pluribus agetur infra.

§. III.

Sed locus hicce *Exodi* est *ex recens controversis*. Hinc, *aut* tuto satis provocari ad illum queat, quærat aliquis, nec immerito. Intercedunt enim contra hanc מַרְאֵה אִשָּׁה per *specula* interpretationem Viri non pauci, iidemque Eruditissimi, istam illius notionem vel negantes profus, vel in dubium saltem vocantes, aliam itaque hujus loci explicationem meditantem etiam tentantesque subinde. Spectant huc suo quivis modo a celeberrimo WOLFIO ל״י prolata (*) clarissima nomina: HULSIUS *Dissert. XVI. subnexa Commentat. de Prærogativis prisci Israël*; CLEMENS in *de Mariæ aneo*; LAMPE in *Geheimniß des Gnaden-Bundes*; SCHLICHTER in *Decim. sacris*; PFAFFIUS in *f. Ammerc. über die Tübingsche Bibel*, et *Diss. prælimin. ad Spencersi Libr. de LL. ritualibus*; præter alios plures.

(*) in *f. Ammerc. über Lundius Jüd. Heiligth. S. 190.*
Add. *Ej. Curæ Philol. et Crit. in Ep. Jac. p. 24.*

§. IV.

Itaque, quæ re pensitata probe, pro sententia oppugnata pugna-re animadvertimus tamen, in aprium produxisse operæ aliquod pretium erit Notari proinde velim
Imo Generatim, et quidem

a) *Accommodum* nomen מַרְאֵה *mar'ah* denotando *speculo* esse perbelle, intuitu tam *radicalis* et *originalis*, quam *formalis* quoque

quoque significatus. Radix etenim מראה idem quod Latinorum Specio, unde et illorum Speculum Germanorumque Spiegel, valet; Forma vero Hebraica, instrumentum res conspiciendas oculis exhibens atque representans, designare exacte potest (*).

β) Occurrere in Scriptis Rabbinorum veterum isto sensu, et frequentari ab illis hodiernum: id quod vel ex Adlegationibus variorum Autorum hebraicorum infra legendis, Lectoribus fieri potest manifestum. Quod vero apud Scriptores sacros non occurrat soepius, ratio reddi potest inter alias, cum quia non ita frequens Speculi mentionem injiciendi fuit occasio, tum quia alia etiam suppetierunt Speculi nomina hebraea, qualia מראה et מראה censeantur.

γ) Idem hoc, quod non praetervidendum, in amplis etiam Arabum ditionibus suam fixisse sedem, Hebraeae originis characteres servato exacte; utpote מראה mir'ah, mir'eb illis dicitur. (**)

δ) Attentionem hic mereri, quod mireris intuitu forte primo, Gallorum etiam miroir; quo vocabulo ab antiquis inde temporibus Speculum hi appellant, (uti iisdem: Se mirer, significat: in speculo se intueri). Hoc enim nominis cum מראה quae sonum atque sensum convenit adeo, ut habita simul historiae antiquae ratione, ex commercio cum praecis ex parte Galliae colonis, Hebraeis ipsis, vel Arabibus etiam Saracenis illud esse haustum videri facile queat.

(*) מראה praeformativum formare posse Nomina Locorum atque Instrumentorum, dubio caret omni. Vid. interim pluribus Cel. I. SIMONIS Arcan. Form. Nomin. Hebr. L. p. 446. f.

(**) Apud eosdem verbum מראה, in Conjugat. II. est: Obrendit alteri speculum, in quo contempleretur; et in VI. ta: Contemplatus fuit in speculo, docente GOLIO in L. Arab. col. 923. 924.

§. V.

Sed, quicquid statuatur de Gallorum miroir, (*) ex reliquis modo dictis adparet satis jam luculenter, nomen מראה essentiali-

rialiter spectatum, Speculum apte designare non tantum posse, sed et re denotare ipsa hodiernum, imo olim quoque in usu fuisse isto sensu. Patebit posterius hoc adhuc porro et una simul ex iis, quæ

Ido *Speciatim* pro vindicando Speculi significatu *תוס* מראות Exodi 1. c. in specie, nunc subjungemus. Atque hic

α) pondere suo non destituitur observatio sequens hæc in *Commentar.* RASCHIANO ad h. l. legenda: והרע לה שהן מראות כמש שהרי נאמר ונחשת התנופה שבעים ככר וגו' ויעש בה וגו' וכיור וכנו לא הזכרו שם למדת שלא מראות ויעש בה וגו' היה נחשת של כיור מנחשת התנופה *hæcce vera esse et materialia*; (non apparentias quasdam aut visiones cet. quale quid vox hæc alibi denotat). *Nam ecce* (infra v. 29. et 30. huj. Cap.) *dicitur*; Et æs elevationis 70. talenta coet. Et fecit ex illo coet.; *Labri tamen baseosque ejus nulla ibi facta mentio. Unde discis, non fuisse æs Labri de isto elevationis' ære, sed ab eo distinctum atque diversum, seorsim proinde fuisse nominandam materiam labri. Annotat etiam R. OBADIAS SPHORNO in suo ad h. l. Commentario (Bibl. Rabbin. Max. Vol. I. f. 141. c. 1.)*: כמו במראות הצבאיות. שלא היה בכלל נחשת התנופה כמו שמבואר בפרשת פקודי באמרו ויעש בה וגו' ולא הזכיר כיור וכנו בכלל הנעשי ממנה

Memorandus venit

β) *Consensus Hebræorum*, in domesticis suis rebus linguaque patria fiocci nunquam pendendus. Is vero qua מראות hæcce Exodi per Specula reddenda, non obstante locorum atque temporum distantia et varietate, magna quamvis atque multa, perpetuus tamen fere (**) est sibi que constans semper. Appellasse e *consentientium* hac catena juvabit nominatim

γ) *Septuaginta illos Viros Hebræos*, כמראות nostrum, suum dixerint potius, per *ἐκ καταπραῖον* græce reddentes difertim; tum ONKELOSIUM, in cuius antiquo bene *Targum chaldaico* במראה נשיא habetur; quo clarius adhuc est IONATHANICUM;

Nicum: מן אספקלרי נחשט נשיא . Attendi nunc denique meretur

3) *Sensum*, hanc per *Specula* interpretationem fundere *commodum*, *plenum* atque *planum*, contextui rerum, ut et verborum, five stylo Hebræorum, imo quod magis est, ipsissimo Autoris *Mosis* stylo consonantem atque *convenientem* adeo, ut isto cognito probe, consideratisque simul rite reliquis, nulla vel adparens amplius supermaneat dubitandi ratio. Tantum abest, ut receptiori hic explicatione frustra sic sollicitata, de excogitanda alia esse sollicitum, necessitas urgeat ulla.

(*) quippe quod cum *Italorum mirare*; (intentis oculis rem quandam, scopum v. g. præfixum, *mira* dictum illis, intueri) conferre, utrumque vero, et Gallicum *mire* et Italicum *mirare*, a *Romana* voce *mirari*, *admirari*, proxime arcessere atque derivare, aliis forte videbitur accommodum magis. Nihil itaque nunc hic determinamus, tantum adhuc monentes, vocabula hæc ce singula matri Hebrææ ultimato tamen esse vindicanda. Variantes coeterum lectiones מִירָוִיט *miroir*, in *Commentar. hebraicis* R. SAL. JARGHI, natione *Galli*, Seculo qui floruit XI. obvias passim, v. g. מִירָוִיט מִירָוִיט etc. notavit ex parte *Illustr.* quondam J. F. BREITHAUPT in *Not.* ad Rabbini modo laudati *Comment.* ad h. l. Sed hæc hic אַנְכְּ אַרְחָא atque obiter!

(**) Consulto dicimus *ferè*. LUNDIUS etenim l. c. p. 190. quanquam scribat: Und das ist auch der andern Hebræer einhellige Meinung, et quanquam etiam a Doctissimo ejus Scholiaste, WOLFIO, nihil hic sit animadversum; deprehensitamen nobis sunt e recentioribus quidam, a recepta sententia deviantes, nominatim R. HISKIAS *ben* MANOHÆ in מְזֻקְרָנִי ad h. l. et Scriptor quidam *Hebræo reutonicus*, cujus nunc non succurrit nomen.

S. VI.

Negare possunt non, quicumque illi sentiunt contra, posterius imprimis nostrum hoc adfertum. Adversari potius censent

consent stylium construendique modum sententiæ receptæ, ad
 בָּ רֹא מַרְאוֹת *præfixum*, tanquam non per *Ex*, sed *In* vel *Cum* red-
 dendum, inter reliqua minoris momenti, provocantes.

§. VII.

Huic itaque *Objectioni*, ut quæ maximo Dissidentium præ-
 fidio esse videri possit, obviam, sed cautim, est eundem. Etenim,
 exempla, ubi רֹא בְּ Hebræorum eorundem מִן לִי, Latinorumque
Ex respondet, obvia quamvis sint passim; non tamen ex æquo
 huc quadrant omnia! Seligenda potius sunt atque urgenda (præ-
 missis si ita placuerit, *generalioribus*) ea *speciatim* in quibus רֹא בְּ
 est הַחֵטֵא בִּי, i. e. de materia ex qua, usurpatum obvenit certo (*).
Specialissime sed, ut paucissimis res tandem expediatur, vel solus
 hic sibi sufficit, omneque hic ferre potest punctum optimum
 verborum suorum *Interpres*, *Moses* ipse; eadem hocce particu-
 la בְּ, eodem quem defendimus sensu, eodem hocce Capite
 XXXVIII. c. mox seqv. 30. in continuatione relationis suæ, mo-
 do attendatur, usus iterato. (**)

(*) Quibus non observatis parum ne mireris effici provocando
 v. g. ad loca a Viro coeteroquin laudatissimo, immortaliumque
 meritorum, WOLFIO ad LUND. p. 189. not. 11. prolata ver-
 bis: בְּ bedeutet oft so viel, als Aus oder Von, wie sonst מִן
 oder אֶת. Man lese Genes. XLIV. 5. Exod. XII. 43. Levit.
 XXII. 11. 12. etc. Magis huc, ex parte saltem, faciunt vaient.
 que, quæ habent NOLDIUS, *Concord. Partic. Ebræo-Chald.*
 p. 150. et GLASSIUS *Philol. S. L. IV. Tr. I. p. 860. sq.*

(**) Legitur nimirum c. 29. וְנִחַשְׁתָּ *Aes vero* coet. et c. mox
 inteqv. 30 וַיַּעַשׂ *et fecit* NB בְּהָ *EX illo* (scil. נִחַשְׁתָּ *are*) אֶת
 אֶרְנֵי *bases* coet. En בְּ loco מִן, et quidem de materia ex qua,
 a Mose adhibitum ipso! En imo integram etiam ipsissimam-
 que illam phrasin de Labri ære! conflatione in controverfo no-
 stro commate VIII. usurpatam, nimirum ---- בְּ ---- אֶת
 occurrentem iterum.

§. VIII.

§. VIII.

Explicato jam *Exodi* illo controversiis implicato loco (*), atque vindicata sic simul Speculis origine alta, ætatem mosaicam adæquante, imo et superante, ad *alia* quædam, *historiam* atque fata Speculi, in gente præsertim Hebræa, concernentia tutiori nunc progredimur pede.

(*) Minutias, quæ superflunt objectionum, demonstrata, quantum sufficit, jam sententia, excutere hic atque perceptare superfedemus; quæ dici forte possent, reliqua, ea alii reservantes occasioni.

§. IX.

Quod itaque ad *materiam*, feminas Hebræas in Aegypto et dehinc deserto, speculis ex כְּרִשֵׁת (an aliis simul? non adfirmamus, neque vero negamus) fuisse instructas, ex eodem illo *Exodi* condiscimus loco. Eadem enim procul dubio materia fuit speculorum, quæ Labri ex iisdem confecti; hæc vero illic dicitur כְּרִשֵׁת. Sed quid כְּרִשֵׁת? De *aere*, nec præter rationem, interpretantur plerique; de *chalybe* quidam; *metallum* fuisse, in eo conveniunt omnes. Sequentium etiam temporum Scriptores hebræi, *ferreorum*, *aureorum*, *argenteorum*, aliorumque meminerunt subinde. Hodie, ut apud nos, ita et illos, prævalet passim, neque id immerito profus, frangibilis quanquam *vitri* (in cujus originem ætatemque inquisitum videtur satis a viris eruditissimis) usus. Caeterum variant quodammodo in Gente hac ratione materiæ quoque, jura speculorum atque licitus utendi modus, uti vel ex § seqv. (XV.) adparebit.

§. X.

Locus speculis apud illos quoque adsignabatur varius. *Conclavium* ad *parietes* visabantur appensa, affixa illis atque infixæ, *alia aliis locis commodis* visis locabantur. Nec veri nobis, cogitantibus summum eorum semet exornandi studium catoptrophilanque, sit absimile, *prodeuntes illas, aliquando speculum tulisse eum, imo et alias corpora circumgestasse ipso, cum qua ornamentum,*

tum ornandi instrumentum; sicut E. g. feminae illae, de quibus SCHEFFERUS (*): *Sollicita de forma, et hoc (speculum) in cathedris istis (gestatoriis, port. Chaisen) circumferebant, ut subinde possint consulere, ac si quid minus concinne se haberet, emendare; et quem ad modum de Indiciis quibusdam refert OLEARIUS (**)* Sie liessen etliche Indianische Tãngerinnen Ihre Armbãnder waren theils von Silber, theils von Perlen, die Finger mit vielen Ringen besteckt, unter andern hatten sie über den Daumen einen grossen silbernen Ring, in welchem ein hell polierter Stahl, eines Reichthalers gross, eingefasset, so sie an stat des Spiegels gebrauchen; vel ut alicubi e cingulo speculum gere-re pendulum, plura item minora Vestibus ipsis inserta et inesa, legisse recordamur, et sic porro pro moris recepti his vel illis varietate. Concinit avita Gentis traditio quaedam, juxta quam, sub dura Pharaonica servitute fatiscientes in campestribus Aegypti maritos invisentes uxores Hebraeae, cibo illos atque potu refocillaturae effacaci, speculum, consilio certo, secum ferre svererunt. (Cf. רש"י)

(*) in *Not.* ad PHÆDRI L. III. C. IX. p. 123.

(**) *Persian, Reisebeschreib.* p. 516.

§. XI.

Hæc si ita sunt, lucis inde aliquid adspergi forte poterit obsecurato JESAIÆ cuidam loco. Meminit nimirum Propheta in Catalogo mundi muliebris luxurientium filiarum Zion sui ævi, *Cap. III. v. 22.* τὸν etiam גִּלְיוֹנִים *Giljonim.* *Specula* intelligunt Interpretum plerique, ipse etiam *Chaldeus.* Nec dubium, commode ita illud dici a *revalendo, conspicuum reddendo fiendoque;* cui notioni verbi גִּלְהָה adhæret speculis favens illa etiam *nitendi splendendique, v. g. gemmae* instar aut *metalli* probe deterfi ac *politi,* in Oriente apud filias matris hebraeae passim elucens hodiernum. Nontamen; (id quod, vocabulum cum sit ἀπὸ λεγομενον, itaque de Usu ejus difficilior fit statuere, originalis porro notio istius sit amplitudinis, ut aliis quam multis rebus

rebus adplicari etiam possit, caetera ut fateam, non adeo mirandum) quæ veri specie omni haud destituta speculis substitui gestiant aut opponi; unde dubiam reddendi hanc *תארי* *גליוניו* per *Specula* explicationem occasionem nacti sunt FULERUS, in *Miscellan. Sacris*; GUSSETIUS, in *Commentar. L. Hebraeae*; VITRINGA, in *Commentar. Jesajano ad h. locum*; HOHELSEL, in *Observat. Philologico-Exeget. ad nonnulla d'usvontæ Esajæ loca*; alii quidam.

§. XII.

Est autem inter argumenta Horum unum aliquod, cui fidunt multum. Petitum illud est a Loco, quem in Catalogo adparatus muliebris Jesajano nacta sunt *הגליוניו*. Ita GUSSETIUS: *Quod ad גליוניו Es. 3. 23. inquit, vestes vere esse suadet Societas cum aliis vestibus in eodem versu, et curiosas esse oportet, ut illi adjunctæ, utque totus ille mundus muliebris, coet.* Et HOHELSELIUS ---- *Contextus speculis refragatur. Succedunt enim in hoc versu *הכרני והצניפות וררירי* Sindones, fascia capitis, Carbasa; quæ omnia inter vestimenta muliebria locum invenire certo certius est.*

§. XIII.

Nos roboris aliquid huic inesse argumento, non inficiamur, generalius sed spectato. Postulamus potius ipsa speculi defensoribus demonstrationem, cur et qua ratione vestimenta inter sive *indumenta* Specula locum possint tueri? Hic vero, si monstrari queat, dubio huic factum esse satis, censemus. Concipi autem is potest modo non unico. Sic AUGUSTUS ille VARENIUS in *Comment. super Jesaj. ad h. l. תא *גליוניו** interpretatur de pellucidis collucescentibusque laminis, vel gemmarum splendissimarum aurique fulgidi multiplici adparatu, Vestibus mulierum illuminandis et radiandis superimposito; *Vel de ipsa Vestium materia per splendentes gemmarum fulgidarum centurias ita elaborata, ut Speculorum instar se haberet.* Qua vero ratione *גליוניו* hic *Specula* quidem, sed analogice et comporate saltem talia denotent.

§. XIV.

Sed et propriissimo sensu dicta specula vestibus aliquando superimponi ac innecti, observavimus supra §. præced. X. verum ibi absque teste. Gratus nunc, hæc dum scribimus, et opportunè admodum obvenit R. IACOB LUMBROSO, in *Commentar.* suo notans ad h. l. ab *Hispanis* suo adhuc ævo indumenti ali- quod gestatum esse genus, vernaculaiis אישפירו טוואגאש רי *Tovaggas de Espago* dictum, utpote speculis proprie dictis illi superappositis exornari atque illuminari solitum; id quod ipse comparat cum Hebræorum indumentis כריני dictis, atque ita rationem reddit, cur specula גליוני *speciatim* his proxime jungantur atque fociuntur in Catalogo Iesajano. Verba Viri propria sunt: ולכך נסמך (הסידן) לגליונים לפי שמשימים אותם עליי כאשר עור היום נוהגים בני ספרד. Ubi denique notari convenit *in genere*, Scriptores Hebræos de *re* feminarum agentes *vestiaria*, sub generali Titulo כסות *Tegumenti, Vestitus* ex *Exodi* XXI. 10. locare non ea tantum, quæ vestimentorum nomine nobis proprie venire solent, sed quicquid etiam ad illorum תכפיש *mundum* facit ac *ornatum*. Reddi hoc proinde modo et generalis potest ratio, cur in Catalogo Iesajano, et specialis, cur præcisè in commate ejus Cap. 22mo Speculum commemoretur, eademque probabilis fatis. Ex quibus jam conficitur, non tanti esse argumentum Doctissimorum virorum, a *Loco* contra speculorum notionem formatum (§. XII.) quanti illis videbatur, posse potius apud JESAJAM per גליונים specula intelligi percommode, salvo manente omnino contextu,

§. XV.

Ad *Personas* nunc progredimur *utentes*. Atque hic reperimus *sexum* Gentis *elegantior* s. molliorem, circa *speculi* usum ad usque abusum, ab antiquis inde temporibus occupatum (Cf. §. II. et XI. sq.). *Neque* vero *Rabbini*, usum ejus legitimum illi *denegarunt* unquam, uxoribus nominatim, quas exornari


nari in gratiam maritorum percipiunt, imo et jubent severe (*Dissert.* 1. §. 4. sqq.). Qua *Sabbathi* tamen diem limitarunt, distinguentes inter *Speculum של מהכה של metallicum* et *של מהכה של non metallicum*, ac porro inter *adfixum* parieti et *non adfixum* Videri possunt TALMUD HIEROSOLYMITANUM, *Tit. de Sabbatho*, f. 7. 4. et TALMUD BABYLONICUM *Tit. eod. Cap. f. XXIII.* f. 149 et Prolixè תוספתא f. *Supplem. Talmud.* ad *Tit. עין de idololatria*, f. 26. 1. דרשא f. KABBENU ASCHER, f. 85. 2. ASCHERIDES in *Tur Orach Chaj.* ad finem *Capitis CCCII.* aliisque plures; nobis interea pergentibus ultra.

§. XVI.

Imo, non tantum *Speculi usum mulieribus faciunt liberum Rabbini*, verum, quod magis est, iisdem plane *privum*; gravi sub *poena* arcentes ab illo *mares* quoscunque, tanquam muliebri. *Poena* itaque eadem est, quæ Transgressores reliquos Legis לא ילכש NE INDUITO VIR FEMINEAM VERTEM! *Deuteron.* XXII. 5. ordinarie consequebatur מלקוח nimirum sive *Flagellatio* (*Dissert.* 1. §. 3.) valetque *Interdictum* non de Sabbatho tantum, sed *quovis Septimanæ die.* איש לא יטהכל במראה ואפילו בחור! Ita pronunciant atque statuunt in PISKE TOSEPHOTH ad *Tit. עין Cap.* מעמידין עין *Decif.* XLIX. f. 77. 2. ex collato TALMUD utroque, *Babylonico* et *Hierosolymitano.*

§. XVII.

Locum itaque habet inspectio speculi qua Viros nullum nisi forte fiat animo non *considerandi* curiose *faciem*, *comedique more* *feminarum vultum*, sed alia quadam laudabili fine, ut per exempla nunc atque casus quosdam docebimus. Sic itaque *Viris* ægris ex oculis *speculum inspiciendi potestatem* faciunt pro *usu opthalmico* Rabbini, quanquam ægre, nec sine conscientie obligatione, metuentes nimirum *sublatentem aliquando fraudem* et *abusum*. Unde in TOSEPHOTH 1. c. legitur: משום



משום מחוש עינים ודאי מותר ובוהן לבות הוא יודע
 et apud R. MOSEN de COZZO: במראה יש שמסתכלי במראה
 להאיר עיניהם שאומרים חכמי הרופאי שהוא טוב לזה
 ורחמנא לבא בעי כי כל לבכות הוא דורש „Dantur speculum
 inspicientes propter oculos illustrandos, nisi sententia Medicorum (*) hac
 fini illud commendantium. Deus autem animum respiciet, quippe qui
 omnia corda scrutatur „, (**). Sic R. IOSEPH KARO :
 אסור לאיש להסתכל במראה משום לא ילכש גבר אלא אם
 כן משום רפואה כגון שחושש בעיניו וכי i. e. *Prohibetur Vir in-
 spicere speculum ex Lege NE INDUITO VIR, nisi tamen id fiat sani-
 tatis ergo et pro usu medico, uti exempli gratia, si doleat ex oculis,
 coet. (* *)*. Idem memorat alibi (*): שחשש בעיניו וכי
 עיניו כואכות הירח מכסה פניו כבגר ומסתכל במראה
 „Fertur tov R., quando oculi ejus dolebant, faciem reliquam veste
 velasse prius, et ita speculum inspexisse.

(*) Visum reficere aiebat SALMUTHus ad Pancirolli Nova-re-
 perta, p. 269. c. I. quoniam reflecti et retorqueri radios contin-
 git, ac spiritibus robur concipere, novis subinde e cerebro se con-
 ferentibus.

(**) in סמג *Libro Legum majori, Interd. XLV.*

(* *) in SCHULCHAN ARUCH, Parte Iorek Deab, C.
 156. §. 2.

(*) in בית יוסף *Supplemento Ejusdem* ברק הכיתא, quod pro-
 diit primum *Thessalonica* A, 1605. *Venetis* dehinc, item *Cra-
 covia*, hodie etiam in augusta Edit. טו ARBA TURIM
Berolinensi, IV. *Tomis* in fol. constante legitur.

§. XVIII.

Speculum itaque cum visum reficere credatur et acere,
Scribis quoque nominatim conceditur, de quo *Scribarum*
 privilegio legitur in HAGGAHOT ASCHERI, (*):

אסור

אסור לאיש להסתכל במראה כרי ליפות שעה ראש ולגלה זקנו ולסופרים המעמידים מראה בפניהם ומתכוונים להסתכל כה שלא יהשיכו עיניהם שרי i. e. *„Vetitum est viro, propter ornandam vel comam vel barbam tendendam, Speculum inspiciere. Scribis vero Speculum e regione sibi ponere erectum, idemque intentione oculorum caliginem dispellendi vel præcavendi intueri intentius, licitum esto „*. Ad morbos itaque et vitia oculorum sive arcenda et præcavenda, sive præsentia emendanda, Speculi usum a medicis quibusdam commemorari. proindeque concedi etiam viris Hebræis, quanquam magna cum circumspectione, sic satis jam constat nobis. Apud R. JACOBUM ISAACIDEM legitur quoque de libertate Viris data, post morbum quandam superatum faciem propriam in speculo contemplandi. Scribit----- פן איני פן unsre Chachamim (Weisen) gelernt: *Ein מראה darf mit sehen in den Spiegel von Weiber! Neiert, wenn er krank wår gewesen, da mag er sich besehen, wie er ein פנים parim (Angesicht, Gestalt) hat. (**)*. Verum præter Commentatorem Biblicum huncce unicum, apud Scriptores alios de isthac libertatis dispensatione legisse me non memini. Nec adparet, cui bono? Medici sane disvasores hic quam svasores erunt facilius. Si autem moræ, quam sapit, curiositatis gratia, *Doctores* consensisse vix credendum. Sed forsân aliter vult intelligi Autor, quam quæ se ferunt verba.

(*) ad *Tit.* עבודה זרה, fol. 85. c. 2.

(**) in *צאינה וראינה* vulgo *Zennorenna*, fol. 149. c. 3. et 4.

§. XIX.

Utî ad depellendos ægritudines morbosque *Speculi* usum viris fecerunt *liberum* Rabbini (§§. præced.) ita ad *avertendum* aliud etiam corpori forte *periculum* imminens. In actu itaque *Tonsura*, si uti contingeret *persona suspecta*, *locoque minus tuto viso*, *Speculi* inspectionem *permittebant*, imo et *svadebant*. Expresse in GEMARA *Babylonica*: במראה כמראה *Israelites tondi cupiens a Peregrino, speculum inspicio. (*)* Additur

in Hierosolymitano: מן הכותי אין רואה במראה „*Si vero a Cuthae*
 i. e. Samarita, *Speculum ne inspicio.* Fundamentum distinctionis
 est, quod Samaritæ suspecti non erant de homicidio, שאינם חשודי,
 על שפיכות דמים (**). Hoc autem remedii genus quanquam
 contra vim injuriasque tonforis fraudulentum parum valere videatur
 omnino, fallendo tamen, fraude sic opposita fraudi callide,
 aliquid efficere posse existimant, dum scilicet Iudæus tendens
 sic se gerendo מתחזי כאדם חשוד במראה. RASCHI in *Commen-*
tario Gemarico, vocabulum Textus מראה per Gallicum *miroir*
 postquam exposuit, de scopo inspectionis subdit: לדמות אם
 יפה באומנות מסתפר וסבל הנכרו כיוון דקפיד אהכי חשוב
 הויה ומתיראלה רגו „*ad observandum quasi, an belle et juxta regulas ar-*
tis condeatur. Exinde enim, quod circa hunc cultum ita se exhibeat cu-
 „*riosum, pro viro quadam primario eum reputans tonsor, mortem illi*
 „*confiscere timidus erit.* „ Audiamus ASCHERIDEM quoque
 אין מסתפרין inquit מהגוי עובר אליל שמאן יהרגנו. לפיכך
 ברשות הרבים עירכר עוברי ושבים שם מותר שהוא ירא
 וכן אם הוא מסתכל במראה מותר שאז נראה כאדם חשוד ויירא
 „*Non utuntur tonsore ex gente quadam idololatrica,*
 „*Metus subest occisionis.* In loco itaque publico a comitantibus ulro
 „*citroque frequentato, liberum esto.* Licet similiter, si *Speculum consu-*
 „*lat inspiciatque tondendus; speciem enim sic cum præ se ferat viri hono-*
 „*rationis, malum ei inferre atque damnum, reformidabit ille,* (***)

(*) Tit. ט׳, ad MISCNÆ Cap I. §. 2. fol. 29. r.

(**) Vide הוספות ad h. l. Testimonium hoc veritatis, viris Sama-
 ritis ab ipsis Scribis ac Phariseis sincere hic collatum, notari
 bene meretur, peraptum quippe illustrando S. Evangelio se-
 cundum LUCAM, Cap. X. qua Parabolam nimirum de viatore
 a latronibus sauciato a Samarita vero perlanato; qua de re, auxi-
 liante Deo, nos alibi plura.

(***) in *Ioreh Deah*, Tit. הלכות ט׳, Cap. CLVI.

§. XX.

Similium similis est ratio. Itaque, cum *Israëlites tondens*
femet ipsum, involuntarie quamvis, (idem quod inimici ejus *voluntarie*
 rië

rie facere præfumbantur) damnum tamen, speculo destitutus, inferre fibimet ipsi possit facile nimis, *Speculi ad hunc actum usus* huic quoque est concessus in TOSEPHOTH, verbis: להסתפר ולגלח ולראית כמראה שלא יחבל בעצמו. Sic RAB-BENU ASCHER l. c. pronunciavit: אכל הסספר לעצמו וירא „Tondenti sed semet ipsum, atque metuenti, ne ladat se incidendo, licitus est Speculi usus“.

§ XXI.

Latus patet *Privilegium Domui Rabban GAMALIELIS* quondam collatum. Huic enim *Speculum inspicere*, concessum fuit, tonsore quamvis utenti Samarita (adeoque extra etiam periculi casum §. *præced.* XX.) Ratio redditur: מפני שהיו קרובים (זיקים למלכות, vel utalii, quia propinqui erant Regni, aulam frequentantes Imperatoris Romani. Jungendum huic est, eodem Titulo quod impetravit triplex *Privilegium Domus ræ RABBI*, quippe quo התירו לבית ר' שיחיו; I. רואין כמראה *I. Inspicere speculum*; II. *Tondere קומי*; III. *Docere gnatos suos sapientiam græcanicam*, quam addiscere difficillime olim, uti passim hodie quoque, concedebatur (*). Unde RIBAL in *Talmude* memoratus, quonam tempore filii sapientiam græcanicam doceantur convenientissime? interrogatus, respondisse fertur: Hora illa, quæ neque diei est neque noctis! *Scriptum enim extat Psalm. l. 2. Beatum illum virum!* qui in *Lege IHO-VÆ* meditatur diu noctuque!

(*) Vid. TOSEPHOTH ex *Talmude Hierosolymit.* Conferri potest speciale PETRI ZORNII *Programma de Antiqua Lege Hebr.*, quæ addita dirarum obnunciatione, juventuti scholastica omni *Literatura Græcorum interdicti jussit*, Ploenæ, 1719, typis impressum.

§. XXII.

Quis ille RABBI, quis Rabban iste fuerit GAMALIEL, pro certo vix nunc adfirmare ausim. Viros fuisse primarios, haud adpa-

adparet difficulter. Uterius etiam aliquantum in prioris notitiam nos deducit Regula, juxta quam רב רבבי RABBI appellatus סתם simpliciter, sine addito proprio nomine et ראשון עזרא, designare α) ut plurimum solet R. IHUDAM HANNASI i. e. *Principem*, cognomento קרוש Sanctum, alias etiam sine itidem proprii nominis expressione רבינו הקרוש i. e. *Rabbinoster sanctus*, dictum. Corporis is est *Juris Mischnici* Concinnator, quem quoque gratia apud Antoninum Pium, Marcum Antoninum et Commodum, Imperatores Romanos, valuisse multum, inque aula horum verfatum frequentius, historiae monumenta tradunt. Natum, quod addimus denique, is refertur A. M. 3880. C. 120 ab Excid. T. 52 Aliquando β) tamen per RABBI seu RIBBI simpliciter et nude positum, intelligendus venit R. MEIR, Vice-Præfex, Præceptor R. *Ihudæ* modo laudati, obiit qui A. M. 3890. C. 130. ab E. T. 62. In *Tosapha* denique γ) R. NECHEMLAM, Meri hujus Collegam et æqualem, per RABBI סתם nominatum intelligere jubemur. Ex Triumviris hisce, primo loco nobis nominatum R. IHUDAM fuisse illum, cuius familiae masculæ ꝑplex illud concessum Privilegium gestæ, rei circumstantia svadent.

§. XXIII.

Jam quod GAMALIELEM, Tres quoque hujus nominis, רב Rabban Titulo circumfulserunt, quorum Imus Apostoli PAULI Præceptor fuisse creditur הוּקֵן f. Senior dictus. *Ildus* רבי יבנה de *Iafne*, *Iafnenfis*, quippe etiam *Academiæ* ibi *Rektor*, cognominatus, nepos fuit præcedentis, decedens A. C. 82. Excid. T. 14. Denique *Illius*, cognomine הגורל Magnus, R. IHUDÆ Principis (S. præced.) filius censetur, Doctorum Talmudico-Mischnicorum ultimus et sigillum. Coeterum in Regula intelligendus venit *Iafnenfis* ille sive *Ildus*, quoties simpliciter et sine epitheto addito memoratur Rabban GAMALIEL, testantibus ex traditione, locorumque collatione Hebræorum Magistris. Conferri possunt R. ABRAHAM ZACUTUS in יוחסין ס' *Libro Profapiarum*: R. DAVID עזרא, in *Chronologia* sua צמח הויר Germe

Germine Davidis; WOLFIIUS in *Biblioth. Hebraea*; OTHO in *Histor. Doctorem mischnicorum.*

§. XXIV.

Tam rigorosa itaque *priscis* his temporibus Interdicti de Speculo erat *observatio*, ut *Viris* etiam *Principibus*, et qui ad rerum gubernacula sedebant ipsi, illud violare fuerit nefas, nec quidquam hic potuerint nisi de consensu, indulgentia speciali, Libertatisque pravia dispensatione. Hujus vero, docet experientia, *rigoris*, excepta ipsa Lege scripta, *hodie vix* alicubi supersunt *vestigia*. Liberius et impune, speculo uti Viros judæos fortis cunjunctumque, cum equifone agasonem, (*) videre est cottidie, plane ad morem nostrum; Adeo, ut recogitans inprimis, quam tenaciter Gens Iudaica Veterum suorum Sophorum inhærere soleat præscriptis, Legem hanc de non contemplanda facie in speculo, ad eundemque comendo vultu, non tam antiquatam, potius sed nunquam illis esse latam, existimes incautus, Nec mirum, cum interrogatorum ipforummet Iudæorum vix centesimo res aliter se habere videatur, nedum ut constet illi de Lege ista patria. Tantum mutatus ab illo!

(*) Non גוררים *Primores* soliatque למכות חסובי ex quorum numero sunt, illi, qui hodie *Iudæorum Aulicorum*, (*Zoffjuden*) אפ ליו שפלים עכדים שאין להם Titulo insigniuntur, sed et ליו שפלים עכדים שאין להם קיצור in הגהה ut utar verbis Autoris ליו שפלים f. 25. 1.

§. XXV.

Soluerunt nimirum Rabbini posteriores, quod *ligarant* Priores, in totum tandem; à *Dispensatione* speciali ad *Absolutionem* generalem *proredientes* pedetentim. Inveniunt ex *recentioribus*, Speculum *Viris* litteratis præsertim five הלמריי הכמים concedentes ad investigandas non tantum, sed tollendas etiam maculas nævosque faciei, hisque consimilia emendanda. Ad dunt

dunt hi cautionem quidem: Fieri istud debere nequaquam
 לשם נוי לשהיות ולהתנאות בקישוט דומיא דאישה
 animo semet exornandi pulcritudinemque excolendi more fe-
 minarum; tantum sed שלא יהגנו בין הבריות
 applicandi vituperiumque evitandi. Quæ annon lubrica, quam-
 vis speciosa, sit distinctio, quantumve a femineo cultu hi di-
 stent conatus, judicet Lector. Dantur denique, qui rem eo
 decidunt, non prohibitum per Legem: NE INDUITO, Viris
 speculi esse usum, nisi ubi illud ex loci cujusdam consuetudi-
 ne mulieribus sit privum; locis contra, quibus promiscue eo-
 dem utuntur cum feminis mares, Viris idem licere Hebræis, (*)
 Quæ, ab aliarum, quas inter hodie degunt dispersi, gentium
 consuetudinibus ducta, an et quousque cum reliquis illorum
 placitis conciliari queat, videant ipsi. Reliquarum interim
 gentium cum, quantum constat, Viros per Leges speciales et
 poenales coërceat nulla, promiscuus potius speculi nullibi non
 vireat usus; Adparet jam haud difficulter, limitatam hanc quam-
 vis concessionem, cum generali libertatis tamen dispensatione,
 quoad effectum hodie fere esse idem.

(*) *Scholia parenthetica, in Edit. 18 Ierob Deab, cum Com-
 mentar. בית הילל R. HILLEL Ben NAPHTHALI* הגהות
 (curata Dyrensfurthi A. 1691, in folio), Cap. CLXVI. *Thest* 2.

הגה ויש אומרים הא ראסור לראות כמראה
 היינו דווקא כמקום דאין דרך לראות כמראה רק נשים
 ואית ביה משוכם לא ילבש גבר אכל במקום שדרך
 האנשי לראות גכ כמראה כותה (רן פ אמ) ואפילו
 במקום שנהגו להחמיר אם עושה לרפואה שמאיר עיניו
 או שעושה להסיר דכתמים מפניו או נוצת מראשו שרי
 (סג כשם הרר זעלקול) וכן NB. נהגו!

MOSCHEH ISARLES in דרכי משה, ad Cap. ex טו"ך mo.
 do excitatum.

S. XXVI.

Commemorandus nunc nobis venit *Usur*, quem haec tenu-
Deducta, Interpretibus *Novi* etiam *Testamenti*, *Epistolae* specias-
tim *IACOBI Apostoli*, praestare valent *geminum*; nimirum *1mo* qua
Autentiam ejus defendendam, *2do* qua *emphaticum* in illa locum, c.
23. *Cap. Imi*, So jemand ist ein Hörer = = = der ist gleich
einen *MARTE* der sein leiblich Angesicht im *SPZ-*
GE beschauet, rite *explicandum*. *Priorem* hic *commonstra-*
bimus paucis, *prolixius* alterum *prope diem*. Quod itaque
ad *illum*, dantur, qui inter *Librorum* in *Canonem* recepto-
rum hostes, *Epistolam* hanc *vs. Deias*, proque *spuria* ac *suppo-*
sita habendam postulant vel ideo, quod *Speculi*, tanquam *recen-*
tioris aevi alicujus inventi, quam quod ad *Apostolorum* ut *pu-*
tant, tempora pertingat, in illa *mentionem* videant factam.
Siebey, (verba sunt (*Celeberr.* I. S. *BAUMGARTEN*)) haben
einige *Widersacher* der heil. *Schrift* eingewandt, daß man *dah-*
mahls, zu *Jacobi* Zeiten, noch von *keinen* *Spiegeln* etwas *ge-*
wußt habe, sondern die *Erfindung* derselben *neuern* *Ursprungs*
sey; *Solglich* dies ganze *Schreiben* dadurch einer *neueren*
Ausfertigung verdächtig werde.


(*) in *f.* *Auslegung* des *Briefes Jacobi*, S. 73.

S. XXVII.

Huic itaque *Adversariorum* *argumentationi* *ituri* *obvi-*
am *Viri* *Celeberrimi*; *partim*, *notione* *Speculi* *propria* *consuetaque* *re-*
tenta, *Apostolorum* jam *etate* *illud* *fuisse* *notum*; *probare*
fuscipiunt ac *defendunt*, ut, *si* *pote*, *re* *evicta* *fortius* *sic* *convin-*
cantur *inimici*; *partim*, *illa* *derelicta* *jam*, ad *impropriam* *magis*
confugiunt *analogamque* *quandam*, *aquam* *v. c.* *limpidam*, (*Speculum*
lympbarum *quae* *dicitur* *apud* *PHÆDRUM* I. 5.) *pro* *vero* *et* *solu-*
do *Speculo* *hic* *substituentes*.

S. XXVIII.

Sed non est, cur *deserant* *causam*. Neque enim *nihili* *sunt*, *quæ*
post *alios*, *urget* *argumenta* *laudatissimum* *BAUMGARTENI-*
US, *verbis*: *Allein* *gesetzt*, daß man *dahmahls* *keine* (*Spiegel*)
von *Glas* *gehabt* *hätte*; *So* *ist* *doch* *unleugbar*, daß es *metall-*
lene



lene gegeben, deren schon im alten Testament Meldung geschieht, 2 Mos. 38. 8. Ingleichen ist in Plinii Historia naturali, L. 36. C. 26. von beyden Arten der Spiegel gehandelt, auch die Erfindung der Gläsernen von den Sidoniern, als weit älter angeführet worden. Quod enim ad EXODI attinet locum, ad illum tuto satis provocari, docent *Dissert. hujus* §§i IV-VIII; neque frustra plane adlegatur *Plinianus*, sive *vitrearum*, sive *speculorum* saltem in genere ut existimant quidam, injiciat mentionem. Jungi, spes est, MOSI cum effectu poterit aliquando JESAIAS *Propheta* quoque tanquam de altiori *Speculi* inventionem atque usu Testis, *Cap. nimirum* III. v. 23. *וַיִּבְרָא מִיָּדָיו מִסְפָּלָה* faciens mentionem; (Cf. supra §. XI- XV.) de testimonio IOBI nihil ut impresentiarum addamus.

§. XXIX.

Quid, quod vel solum *Talmudicorum* testimonium sufficere videri queat pro controversia dirimenda. Etenim, cum per adlegata superius ex *Talmud* utroque et *Hierosolymitano* et *Babylonico*, constare possit abunde, *Speculum*, nondum deleta profus *Re ludæorum Publica*, *Objectum* fuisse *Legum* atque *dispensationis*: de existentibus illa ætate *Speculis* dubitari porro nequit. Inprimis vero hic notare convenit, *GAMALIELEM* *Idem*, ad quem *Privilegium* de *Speculo* inspiciendo pertinere est verisimillimum (§. XXIII.), obiisse circiter (minutias differentiarum *chronologicarum* qua annum unum alterumve, rimari hoc loco parum attinet) A. C. 82. ab *Excid. Templi* 14. (§. cit.) Adsumatur nunc ex calculo *Virorum Doctissimorum*, interque hos *BAUMGARTENII* quoque, (*loc. cit.* p. 3. et 4.) occubuisse *JACOBUM* circa A. *Christi* 61. aut 62. Porro, circa idem quoque tempus hoc *Epistolam* hanc ab eodem esse exaratam; et facta *comparatione* adparebit luculenter, *Gamaliel* hunc et *Jacobum* coætaneos fuisse ac coævos.



64199

AB 64 199


ULB Halle 3
001 970 631



TA → 2C

VD 17





15

p

בְּסִיעָתָא לְשֵׁם
 ET
 EM, MAGNIFICENTISSIMO,
 PRINCIPE AC DOMINO,
FRIDERICO,
 HEREDITARIO MECKLENBURGICO,
 ORVM, SVERINI ET RACEBURGI,
 ITEM SVERINENSI,
 TOCHII ET STARGARDIAE
 DOMINO,
 NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.

AD
 VARIA SCRIPTURAE LOCA,
 ONE LEGIS לְרֵא יִלְכֹשׁ!
 O VIR! DEUTERON. XXII. 5.

DE
 EODEMQUE VIRIS INTERDICTO,
 IPLINAM HEBRAEORVM
 RTATIONVM
 ILLDAM HANC,

DE
E C V L O
 ENTEM SPECIATIM,

MEM. MDCCLII. H. LOQVE C.
 LITONVM EXAMINI SISTIT
EOD. CARPOVIUS,

D. LINGV. ORIENT. ET C. C.
 YCAL. PROFESS. P. O.
 PONDENTE
GIO PETRO MOELLERO,

ROSTOCHIENSI,
 ET TH. CVLTORE.
 ROSTOCHII,
 REN. DVCIS AVL. & ACAD. TYPOGR.

